Gratiam & pacē a deo patre & dno nro Iesu Chro.
Quod rarius adte scribo. multitudo negociorx ecclesiasticorx.
scholasticorx. domesticorx. in causa est. post hac saepius scripturus
sum. Uxor & tota familia prosperrime ad me peruenerunt.
Duce prussiae principe nro. aduentu eius mihi per lras significante
& das poten brot. postulante. cum ipsa adhuc tribus miliaribq
abesset. nam forte fortuna fuit in arce, quae etiā Brandenburg
appellatr. cū ipsa in pago arci contiguo pernoctaret. quod cū
comperisset. cibum & potum ei ex aula misit. & ebrios rusticos
abire compulit. et nunciū per noctem ad me misit. qua nocte
idem clarissime somniabā. uxorem principi illic obuiam factā.
Dixit & Funccius aliquot diebus ante somniasse se. uxorem meā
se primū in currū venientē salutasse. quod etiā ita contigit.
Conqueritr autem uxor mea nullū aliud se hic pati incommodum. quam sapo. idest. die saiffe, quo camisiae lauantr hic maxime foeteat. & nullius precij sit. recordatus ergo. quod uxor
tua. cariss. mea commater. rationē eius conficiendi teneat.
rogo ~~igitr~~ pro vetere nra amicitia. ut ab ea meo & uxoris
meae noie impetres, ut eam artem diligenter conscribat.
eamq; ad me lris tuis inclusam || perferri cures. habentr hic oia materialia
optima. sed homines huius regionis. talium artiū rudes sunt.
ego spero me artis aliquid adiecturx. quod si successerit. id
uxori tuae vicissim rescribā. multae matronae hic sibi saponē
per se conficiunt. sed minime bonū. et ego odorē huius etiā loti
vix ferre possum. Accepi hodie lras ex anglia. Sed quia archi
episcopq ignorant. an ad me peruenturae essent. & alioqui
nuncius ille suspectus fuit. nullū aliud habent argumentū.
sese admirari. quam quod non in Angliā recta nauigauerim. cum ipse
& posset. & vellet in me esse liberalissimq. rex pius. insula
fortunata. ecclesia reformata. & huiusmodi multa me
mouere debuerunt. sed fortuna mea obstitit. Bene vale.
& si quid scribes. genero meo. vel romingo trades. nisi alia
certior detr occasio. Datis Konigspergae. 5 Iunij 1549

A. Osiander

C 107 I. 12 | n° 3